

cum sit. **Q**uid existis videre prophetā.
quod iohānes pl⁹ fuit quod propheta. quem
alii prophete prouiderunt venturum. ipse enim
adhuc in utero matris posset agno
uit. et postea ipsum baptisauit et digi
to monstrauit. Quarto commendat eum
auctoritate doctrine dicens. **V**ic enim
est de quo scriptum est Malah. i. Ecce
mitto angelum meum. i. iohānem qui
vitam duxit angelicā. ante faciem tu
am. qui prapabit viam tuā ante te. i.
corda audientium ad recipiendum xpm
per predicationem tuam. Quinto comē
dat eum immediate post hodiernum euā
gelium super oēs sanctos dicens. **I**nter
natos mulierum non surrexit maior
iohāne baptista.

Dominica quarta aduent⁹ Euāge
lium secundum Iohannē. i.

Textus.

In illo tempore. Miserunt iudei
ab iherosolimis sacerdotes
et leuitas ad iohānez. ut in
terrogaret eum. tu quis es. et cōfessus
est. et non negauit. et cōfessus ē quod
non sum ego xps. Et interrogauerunt
eum Quis ergo helias es tu. Et dixit.
Non sum. Propheta es tu. et respō
dit non. Dixerunt ergo ei. Quis es tu.
ut responsum dēm⁹ his qui miserunt
nos. Quid dicas de triplo. Ait. Ego
vox clamantis in deserto dirigite viā
domini. sicut dixit isaías propheta. Et qui
missi fuerāt erant ex phariseis et in
terrogauerunt eum et dixerunt ei. Quid
ergo baptisas. si tu non es xps. neque
helias neque propheta. Respondit eis iohā
nes dicens. Ego baptizo in aqua. me
dius autem vester stetit quem vos ne
scitis. Ipse est qui post me venturus
est. et ante me factus est. cuius ego
non sum dignus ut soluam eius corri

giam calcamētū. **P**ec in bethania fa
cta sunt trās iordanem. ubi erat io
hannes baptisans.

Postilla.

Miserunt iudei ab iherosolimis
sacerdotes et leuitas ad io
hānez et c. **I**oh. i. **L**u. in. **H**istoria hu
ius euangelij facta est Anno. xxxi. fe
ria. iiij. xviij. kal. may. luna. xv. idi
ctioe. iiij. Ante incipium illius euāgelij
habetur **L**uce. in. g. anno. xv. imperij
tiberij cesaris scilicet sub quo passus est
xps. **F**actum est verbum domini super
iohānez et acharie filium in deserto.
scilicet cum iohānes esset. xxx. annorum. et
venit in omnem regionem iordanis
predicans baptismum penitentie in re
missionem peccatorum. Dicebat autem
ad turbas que exibat ut baptisaren
tur ab eo. **F**acite dignos fructus peni
tentie. **I**am enim securis ad radicem ar
boris posita est. **O**mnis ergo arbor non
faciens fructum bonum excidet et in ig
nem mittetur. **M**ulta quidem et alia ex
hortas euangelisabat populo. **U**nde
iudei videntes iohānez baptiste miabi
lem natiuitatem et eius excellentem sa
ctitatem vite. ideo moti fuerunt ad opi
nandum ipsum esse xpm propter quod
miserunt nuncios ad iohānez volentes
super hoc scire veritatem. **L**yra. **E**t
in isto modo querendi exhibuerunt
iohannem magnam reuerentiam et hoc
patet ex quatuor in littera. **P**rimo
ex personis mittentibus ad ipsum nun
cios et hoc notatur cum dicitur. mise
runt iudei. id est illi de tribu iuda.
qui erant nobiliores in populo iudeo
rum. **I**n signum huius de tribu iuda
nasci voluit. **S**ecundo ex loci nobilita
te quia. ab iherosolimis. que erat ca
pitas sacerdotalis et regia. quia erat
caput regni. **T**ercio ex nuntiorum solē
mitate. **M**iserunt ei sacerdotes et leui
tas ad eum. qui erant solēnes persone et

in ipsis debebat scientia et sanctitas
eminere. Quarto ex persona ad qua
mittuntur scilicet ex hoc quod requirunt testio
nium de seipso et tamen fidem habuerunt
in dictis eius ut ei crederent etiam de
seipso. Ergo dicunt. tu quis es. ut re
sponsione eius discerneret quis ipse
esset. Et confessus est et non negavit.
Et confessus est quod non sum ego christus.
Nam christus. id est messias fuit promissus iu
deis ex dictis et scripturis prophetarum.
Audientes quod non esset christus interroga
uerunt consequenter si esset helias. Quia
sicut aduentus christi. sic et aduentus helie
fuerat iudeis promissus. Unde dicit Ma
lachie vlti. Ecce ego mittam vobis
heliam prophetam antequam veniet dies
domini magnus. Et respondit non sum
scilicet ego helias. Si autem quis diceret
Christus. Mat. xi. loquens de iohanne dicit.
Ipse est helias. et iohannes hic dicit.
Non sum helias. Respondet. quod ipsi
quererent de persona helie. et ideo ad
eorum questionem respondit quod ipse
non erat helias in persona. Sed ut dicit
Grego. in omel. Iohannes fuit heli
as in spiritu. propter similitudinem et co
formitatem ipsius ad heliam. Primo
in austeritate vite. quod de helia dicit.
iij. Re. ca. i. quod fuit vir pilosus et zo
na pellicea circa renes accinctus. et de
iohanne dicit Mat. in. Et habebat ve
stimenta de pilis camelorum et zonam
pelliceam circa lumbos eius. Secundo
in dura reprehensione. Helias enim re
gem Achab dure reprehendit. ut ha
beat. iij. Re. xvij. Iohes herodem ar
guebat. ut habet Mat. vi. Fuit etiam
similis helie in officio quod iohannes fuit
precursor primi aduentus sic helias erit
precursor secundi aduentus. Et hoc vo
luit christus cum dixit ipsum esse heliam.
Et propheta es tu respondit non. Gre.
Iohannes negavit se esse prophetam tam
tum quod plus erat quam propheta. Dixerunt

ergo ei. Quid es tu ut respondum de
mihis qui nos miserunt. Quid dicas
de triplo. Ait. scilicet iohannes. Ego vox
clamantis in deserto dirigite viam do
mini sicut dixit ysaias propheta. id est
ego sum ille de quo scriptura dicit.
Isay. xl. Qui debet clamare in deser
to iudee quod homines se prepararent ad
aduentum christi in mundum. Et bene sig
nat iohannes in proprietate vocis. quod
erat annuntiator verbi diuini. id est
christi qui est verbum patris secundum diuini
tatem. Vox enim ante verbum sic io
hannes ante christum. Item vox manife
stat verbum sic iohannes christum. tota
enim vita et conuersatio iohannis fuit
preparatio ad susceptionem christi. Et
qui missi fuerant erant ex phariseis.
Ly. pharisei inter alios videbantur ma
gis religiosi. propter hoc dicebantur pha
risei. a phares quod est diuisio quod in ha
bitu in vita et gestu erant ab alijs di
stincti. in signum maioris religionis.
Et ideo pharisei erant magne fame in
populo iudeorum. Et interrogauerunt
eum et dixerunt ei. Quid ergo bapti
sas si tu non es christus neque helias neque p
pheta. Unde Criso. Interrogauerunt
eum non quasi scire volentes sed etiam
prohibere eum a baptismo. Respon
dit eis iohannes dicens Ego baptizo in
aqua. scilicet lauando tantum corpus ad de
signandum illum qui suo baptismo
lauabit animas. Consequenter osten
dit christi excellentiam dicens. Mediis
autem vestrum stetit. id est prius inter
vos in corpore apparuit et comunem co
uersationem inter homines conuersatus
est. ut patet in euangelis cum eis man
ducas et bibes ne propter austeritatem
aliqui desperaret. quem vos nescitis.
quatum ad diuinitatem. Ipse est qui
post me venturus est. Tho. scilicet ad pro
bandum baptizandum et moriendo ubi qui ante
me factus est. id est in dignitate prepositus

est. quia dignior et honoratior. Cuius non sum dignus. id est sufficiens. ut soluam corrigiam calciamenti eius. Vnde Hieronimus ad eustochium. christus nunquam fuit calciatus ipse enim portare calciamenta apostolis prohibuit. Luce decimo. Et christus semper fecit opere quod docuit verbo. unde habetur Actuum primo. Cepit ihesus facere et docere. Lyra dicit quod hec est locutio methaphorica. Quia in hoc iohannes exprimit se non esse dignum exhibere christo etiam minimi ministerium: hoc in verbis iam expressit in modo loquendi communem. Cum enim quis suam puritatem et excellentiam alterius vult exprimere solet dicere communiter. Non sum dignus tangere solutares eius vel aliquo humidi. Hec in bethania facta sunt. Lyra. non est illa que prope iherusalem est. ubi lazarus fuerat suscitatus. sed alia eodem nomine vocata sita supra iordanem ex altera parte fluminis in sorte duarum tribuum et dimidie. Et ideo ad hoc denotandum subdit. trans iordanem ubi erant iohannes baptista. qui aqua distat a iherusalem ad unam diem et in eodem loco consueverat iohannes commorari et predicare et baptizare: et multi ueniebant illuc ad eum ut baptizarentur ab eo. Vnde circa primis euangelium ubi dicit. Tu quis es. Querit quare iudei magis de iohanne quam de christo credebant. Respondit enim quod triplex fuit ratio. Prima ratio est quia iohannes erat de magno genere utpote filius zacharie magni sacerdotis. Et quia miraculose natus est de utroque parente sterili et sene. christus autem ut ipsi credebant erat filius fabri et cuiusdam pauperis mulieris et non miraculose natus quod de iuuenula quous de sene patre. Secunda ratio est quia iohannes in habitu et vestitu magis asperam vitam

quam christus agere videbatur. Nam tunicam de pilis camelorum habebat. et zonam pelliceam ad lumbos eius. et abus eius locuste et mel siluestre. ut patet Mathei. in christus autem communibus vestibus induebatur et communi cibo utebatur et cum hominibus in nuptiis et in conuiuiis comederat. Tercia ratio est quia iohannes consortia hominum deuotabat et in deserto morabatur latrans in antris et in speluncis. donec spiritus sanctus ei dixit ut exiret ad perhibendum testimonium de christo. Et tunc venit ad iordanem predicans baptismum penitentiae. ut patet Luce. in. Christus autem morabatur cum hominibus et conuersabatur cum peccatoribus et manducabat cum ipsis. ut patet Mathei. propterea ergo iudei ad iohannem legationem miserunt ut eum interrogarent an esset christus. Et respondit quia non sum ego christus.

Euangelium in gallicantu natiuitatis christi.

In illo tempore. Erant edicta a cesare augusto ut describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cirinus et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleem eo quod esset de domo et familia dauid ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnantis. Et factum est dum essent ibi impleti sunt dies ut pareret. et peperit filium suum primogenitum. et panis enim in uoluit. et reclinauit eum in presepio quia non erat ei locus in diuersorio et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce